

Monasteria S. Donati de Scovilla & S. Mariae in Carate Papiensi Episc. subijciuntur.

In ceterisque Monast. omnimoda conceditur iurisdic. dictio.

Decretum pro immunitate honorum & iurium Ecclesiae Papiensis.

Cum comminatione pernarum contra inobedientes.

PP. subscriptio.

Dat. die 22. Martii anno Domini 1105. Pontif. an. vi.

a Ticinensi quondam Episcopo in Scovilla fundatum, Monasterium S. Mariae in Carate, licet extra vestram Dioecesim sita videantur, sicut haecenus habita sunt, cum omnibus ad ipsa pertinentibus, in vestra semper ditone ac dispositione habeantur. Ceterorum etiam Monasteriorum, quae infra vestra Dioecesis fines sunt, canonica dispositio, & Abbatum, qui in eis sunt, vel Abbatissarum discussio, electio, & consecratio vestro semper arbitrio conserventur: salvo in omnibus Sedis Apostolicae privilegio: quos profecto, vel quorum Presbyteros ad vestrum expediat venire Concilium; sane quod Monasteriis aut capellis aliquibus praeter matricem Ecclesiam, Baptisimum generale fieri petatur, prohibemus; in quibus, si qua forte praecpta contra sacros Canones elicta inveniri contigerit, nostris canonicis non praedjudicent institutis. Clericos, Sanctimonialia, Viduas nrbis vestra sine vestra contentia nemo praesumat in iudicium trahere, aut vim eorum rebus inferre, nec coemeteriorum, quae intra vel extra civitatem sunt, curam vobis aut potestatem subtrahere quilibet praesumat; nec ullus unquam cuiuscumque dignitatis aut potentiae homo quasi sub obtentu hospitalitatis in tuo venerabili Episcopo, aut in domibus Sacerdotum tuorum, & omnium Clericorum sine tua tuorumque successorum voluntate applicare praesumat; nec in rebus mobilibus, sive personis cuiuscumque conditionis, ad vestram Ecclesiam pertinentibus, temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnino integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactioe congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena esse; atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem Ecclesiae iura servantibus sit Pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Scriptum per manum Johannis Scriptorii Regionarii, & Notarii Sacri Palatii. EGO PASCHALIS Catholicae Ecclesiae Episc. is. Datum Laterani per manum Johannis S. R. E. Card. ac Bibliothecarii XI. Kal. Apr. Ind. XIII. anno Dom. Incar. MCV. Pontificatus autem D. Paschalis II. Papae VI.

XXIII.

Monasterii Admontensis Saliburgen. Dioecesis, bonorumque ad illud spectantium, confirmatio.

Paschalis Episcopus Servus Servorum Dei, venerabili filio Heinricho Abbati venerabilis Monasterii, quod Admontis dicitur, in Salzbουργensi Parochia constituti, ejusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Ustri terram inhabitantibus per Prophetam Dominus praecipit, cum panibus occurrere fugienti: idcirco, charissime Heinrichice, te & fratres tuos de saeculo ad omnipotentis Dei servitium convertos, & ad ejus faciem fugientes gratanter excipimus. Quod nimirum Coenobium reverendae memoriae Gebhardus Salzbουργensis Episcopus in honore & nomine beati Blasii martyris in montanis sue dioecesis edificasse cognoscitur; per praesentis privilegii paginam, apostolica auctoritate statui-mus, ut quaecumque bona, quascumque possessiones vel supradicti Episcopi Gebhardi, vel successoris ejus eque felicitis memoriae Tyemonis, aut aliorum fidei ium legitimis donationibus, aut iure quolibet ad ipsum hodie Monasterium pertinent, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Salzbουργensis Episcopi canonica reverentia: cui tamen non liceat omnino vexationem aliquam vel consuetudinem, quae regularium quieti noceat, irrogare. Nec Episcopo autem, nec Abbati ipsi, nec personae alicui facultas sit, Coenobii bona in feudum sive beneficium sine consensu meliorum fratrum personis aliquibus dare, vel modis aliis alienare.

Sane sepulchrum ejusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni & extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obstet. Laicos sive Clericos seculares ad conversionem suscipere nullius Episcopi vel Praepositi contradictio vos inhibeat. Obvante te, nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subrepti ionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam elegerint.

Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactioe congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo

Ex MSS. Codd. Monasterii bujuti ediat Peziur in Theaur. Anceclat. No. vltimo Tom. iii. Par. iii. Cod. Diplom. Admonten. n. 1.

Exordium.

Monast. Admontense a quo fundatum.

Bona omnia ac possessiones eidem confirmantur.

Decretum immunitatis ab omni molestia, & violentia.

Et prohibetio infundandi, vel alienandi supradicta bona.

Liberum cuique sepulchrum inibi sibi statueret.

Liberum quoque Monachis Abbatem eligere.

Solite clausula.

Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus, sit Pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Scriptum per manum Raynerii Scriptorii Regionarii, & Notarii sacri Palatii.

EGO PASCHALIS Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Datum Laterani per manum Johannis sacre Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis. VIII. Kal. Novembris Indict. XIII. Incarn. Dominicae anno MCV. Pontificatus autem Domni Paschalis II. PP. anno VII. (a)

Dat. die 29. Octobris anno Domini 1105. Pontif. anno vii.

Monasterium S. Walarici, in Comitatu Vitmacensium, sub Apostolicae Sedis tutela & jure recipitur, ejusque bona omnia confirmantur.

Paschalis Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio in Christo Lamberto Abbati venerabilis Monasterii S. Gualerici, quod in Comitatu Vitmacensi situm est, ejusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

In Authentico edidit Ma. billanus in Append. Anceclat. Benedict. Tom. v. num. lxxvi.

Exordium.

Monast. sub tutelam Sedis Apost. suscipitur.

Fundatum ab Hugone Comitae Vitmacensi.

Eidem bona omnia confirmantur.

Solique Apost. Sedi subiectum declaratur.

Decretum immunitatis a quacumque molestia.

Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Tuis igitur, fili in Christo charissime Lamberte, iustis petitionibus annuentes, beati Gualerici Monasterium, cui Deo auctore praesides, & omnia ad ipsum pertinentia sub tutelam Apostolicae Sedis excipimus: Quod videlicet Monasterium ab Hugone quondam Comite in loco, qui Leugonans dicebatur, edificatum agnoscitur. Per praesentis igitur privilegii paginam Apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque praedia, quaecumque bona idem Comes Hugo, vel alii fideles eidem Monasterio contulisse de jure proprio cognoscuntur: quaecumque etiam in futurum concessione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuste dari offerri contigerit, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Ipsum etiam Monasterium juxta praedecessorum nostrorum statuta semper sub jurisdictione sanctae Romanae Ecclesiae conservetur. Nulli etiam Sacerdotum in eodem Monasterio potestatem exercere liceat, aut ejus bona quibuslibet occasionibus infestare: Missas quoque publicas in eodem Monasterio celebrari, vel stationes fieri praeter Abbatem ac fratrum voluntatem omnimodo prohibemus, ne in Servorum Dei recessibus, popularibus occasio praebatur ulla conventibus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem Coenobium, temere perturbare, aut ejus possessiones auferre,

(a) Bini in hanc clausulam scriptoris fortasse incuria errores irreperant; legitur enim in exemplari Peziano Indict. xii. & Paschalis II. anno ii. quae quidem nota cum anno 1105. convenire non possunt.

minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Chrisma, Oleum sanctum, consecrationes Altarium sive Basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, ab Episcopo, in cujus Dioecesi estis, accipietis, si quidem gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, & si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere; alioquin, liceat vobis catholicum, quem volueritis, adire Antistitem, & ab eo consecrationum Sacramenta suscipere, qui Apostolicae Sedis fultus auctoritate, quae postulantur, indulgeat. Sane adjacens parochia cum beati Martini Ecclesia & presbyterio ejus in ea, quam haecenus possedit, libertate permaneant. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrae Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactioe congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit Pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

EGO PASCHALIS Catholicae Ecclesiae * is. Benevalete.

Datum Beneventi per manum Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii. IV. Idus Martii, Indictione XIV. Incarnationis Dominicae anno MCVI. Pontificatus autem Domni Paschalis Secundi Papae VII.

XXV.

Confirmatio bonorum ad Ferrariensem Ecclesiam spectantium, cui assignantur limites, & undecim minores Massae de patrimonio Romanae Ecclesiae donantur.

Paschalis Episcopus Servus Servorum Dei, venerabili fratri Landulpho Ferrariensi Episcopo, Guillelmo filio Bulgari, Petro filio Arimundi, Uberto Consuli, & per eos tam Ecclesiae quam Civitati Ferrariae, in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro Ecclesiarum statu sollicitos esse, & quae rite sunt statuta, stabilire. Sicut igitur sanctorum praedecessorum nostrorum Hadriani, & Benedicti deliberationibus constitutum est, nos sanctae Ferrariensis Ecclesiae, tamquam speciali Apostolicae Sedis filiae, fundos ejusdem matris, & patrimonia confirmamus: ipsam videlicet Massam Babylonicam, quae vocatur Ferraria, cum duodecim fundis suis, cui undecim alias Massas nostras minores cum omni obedientia ac servitute subjugamus, idest Massam & ripam Palatiolus cum duodecim fundis suis, & Massam Constantiacum cum duodecim fundis suis, simulque Massam Quartisanam cum duodecim fun-

Sacramentum vero ab Episcopo loci recipienda esse statuitur.

Si Apost. Sedis non fuerit refractarius.

Solite clausula in penales.

Paschalis PP. subscriptio. Adde Episcopus. Dat. die 10. Martii anno Domini 1106. Pontif. an. vii.

Ex Tabulario Eccles. Ferrariensis & Asis. Peregrini Pisisiani.

Exordium.

Paschalis PP. Patrimonium Ferrariensis Ecclesiae confirmans.

Alia bona de novo donat.

Episcopus Ferraricus a solis summis Pontificibus eligi & consecrari jubet.

Comitatus Ferraricus fines.

Que Episcopo donet, que que Ap. Sedi reservet, detinet.

dis suis, & totam & integram massam Donorū cum duodecim fundis suis: & similiter massam Popularem cum duodecim fundis suis, & Castellonem cum fundis suis similiter: similique modo massam, que vocatur Formignana, cum omnibus fundis suis. Has quidem prefatas Massas cum omnibus ad earum iura pertinentibus, de dominio & jure atque potestate Sancte Romanæ Ecclesie in Sanctam Ferrariensem Ecclesiam per hanc donationis & traditionis paginam donamus & tradimus; ut ab hac hora in antea liceat tibi, charissimo fratri Landulpho Episcopo & successoribus tuis in singulis Massis Ecclesias cum Clericis Presbyteris Diaconibus ordinare & consecrare: illud omnimodis facientes, ut Ferrariensis Ecclesia cum tota Parochia sua in jure & dominio ac privilegio nostro Sancte Romanæ Ecclesie Beati Petri, cujus est patrimonium, conservetur perpetuo: ut sit semper sub nostra electione ordinatione atque consecratione: ut quicumque per nos illic electus, ordinatus, & consecratus fuerit, ille honoris hujus ac potestatis integritate fungatur. Comitatus autem Ferrarie fines & termini sunt: ab oriente ab una parte fluminis Padi, altera nostra Massa fiscalia & veterana, a veterana transeunt flumen Sandali usque ad Bucilletum, per Bucilletum transeunt flumen Gabiana per Ludurium, & circumdant Villam Magnam & Madrariam pervenientes usque Maletum, a Maletum pergunt juxta Argilem Anxianum per paludes & piscarias usque Vitricam, & transeunt Vitricam veniunt usque fossam Buranam, & per fossam Buranam exeunt in Padum, & descendunt ad occidentem usque Ulmum formosam, que certa finis est intra Romaniam & Longobardiam: Ab altera autem fluminis parte fines sunt similiter, ab oriente Callis de sine, que finis est inter nostrum Comitatum Comaclensem, & extendunt se per paludes & piscarias usque ad fossatum de Filule, & circumdant Massam Corneti, & Languavanum, que de nostro Comitatu sunt Ferrarie: descendunt inde ad Occidentem per paludes & piscarias usque ad flumen Tartari, & per ipsum flumen Tartari exeunt usque ad flumen Padi. Sane habitatoribus ipsis majoris Massæ Ferrarie malas & pravas consuetudines removemus, nisi tantum sicut sunt ad suffragium sancte Romanæ Ecclesie, annualiter per illorum nuncium unaquaque libera persona de moneta Venetiarum denarios singulos dabit: Censum vero & tributum atque telonij de ripa & flumine unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem, meliorationem, & restaurationem jam dictæ majoris Massæ concedimus: alteram medietatem ad nostras manus reservamus: Similiter telonei de mercato unam medietatem nobis conservamus: & alteram medietatem prefato Episcopo vestro condonamus: Placitum quidem generale similiter in dominio & potestate nostre S. Romanæ Ecclesie tenemus, ut tamen nostro Nuncio semel in anno faciente justitiam, ab omnibus per tres dies custodiatur: Collectam vero vel fodrum, aut pravam vel injustam functionem, aut dationem seu consuetudinem nequaquam exigimus: sed omnia pro Dei timore atque amore prefate nostre Ecclesie B. Georgii omnibus habitantibus ipsis majoris Massæ per-

percipimus, aliasque minores Massas & sic, ut supradictam est, cum omnibus suis servitutibus subjugamus. Si qua sane ecclesiastica secularive persona, hanc nostram constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, & aut Ferrariensem Ecclesiam iis, que suprascripta sunt, diminuere, aut sancte Sedi Apostolicæ sua in eis jura, que superius significata sunt, auferre præsumperit, poenæ & compositionis nomine reddet eidem sancte Sedi Apostolicæ auri optimi libras centum: & nisi que male præscripta sunt satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cum tamen eisdem Ecclesiis iusta servandis sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Scriptum per manum Raynerii Scriuarii Regionarii, & Notarii sacri Palatii.
EGO PASCHALIS Catholicæ Ecclesie Episcopus.
 Datum Laterani per manum Johannis sancte Romanæ Ecclesie Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii, VI. Idus Aprilis, Indictione XIV., Anno Domini Incarnationis MCVI. Pontificatus autem Domini Paschalis II. PP. anno VII. (a)

XXVI.

Confirmatio, & renovatio bonorum & jurium S. Acheruntinæ Ecclesie, cujus Archiepiscopi conceditur Pallii usus.

Paschalis Episcopus Servus Servorum Dei, venerabili fratri nostro Petro Acheruntino Archiepiscopo, ejusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Potestatem ligandi atque solvendi in cælis & in terra, B. Petro ejusque successoribus auctore Deo principaliter traditam, illis Ecclesie verbis agnoscitur, quibus Petrus est Dominus allocutus: Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis. Ipsi quoque firmitas propria, & alienæ fidei confirmatio eodem Deo auctore prædicatur, cum ad eum dicitur: Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Oportet ergo nos, qui, licet indigni, Petri videmur residere in loco, prava corrigere, recta firmare, & in omni Ecclesia ad interni arbitrium Judicis, sic disponenda disponere, ut de vultu ejus iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant equitatem. Fraternitatis igitur tuæ iustis petitionibus annuentes, sanctam Acheruntinam Ecclesiam prefatis decreti auctoritate munimus, tibi tuisque successoribus confirmantes quæcumque Metropolitan-

(a) Binus quoque errores hic emendavimus, ut annus 1106, cum Indictione, alteraque nota chronologica, conveniret.

Violatores, inobedientes, que perpetuo damnat anathemate.

PP. subscriptio.

Dat. die 3 Aprilis anno Domini 1106. Pontif. Pasch. anno VII.

Ab Exemplari scriptum edidit Ughell. Ital. Sac. Te VII.

Exordium.

Petri Archiep. petitio.

XXVII.

Confirmatio Monasterii sancti Stephani Lauden. Diocesis, & bonorum ad illud spectantium.

Paschalis Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Guidoni Abbati venerabilis Monasterii sancti Stephani, quod in Laudensi Comitatu secus Padum situm est, ejusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Divinis præceptis, & apostolicis informamur monitis, ut pro Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Postulavit siquidem nos dilectio tua, prædecessorum nostrorum quædam statuta firmare, & per ea vestri Monasterii statum auctore Deo munire. Quod Monasterium venerabilis Comitissa Anselma cum filiis suis Lanfranco Arduino & Magnifredo construxisse, & suis facultatibus ditasse cognoscitur. Per præsentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quæcumque prædicia, quæcumque bona a prædicta Comitissa vel ejus filiis, seu ab aliis fidelibus de jure proprio data sunt, quæcumque etiam in futurum eidem Monasterio concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium dari contigerit, firma vobis vestrique successoribus & illibata permaneant. Confirmamus itaque supradicti sancti Stephani Monasterio adjacentem villam & castrum, infra quod idem Monasterium constructum est, & cetera, que in Episcopi Nokeni chirographo continentur. Obeunte te, nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres, vel fratrum pars consilii sanioris, vel de suo vel de alieno, si oportuerit, collegio secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Electus autem ad Romanum Pontificem consecrandus accedat. Ad hæc decernimus, ut nulli omnino hominum liceat idem Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones temerariis vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Si qua ergo ecclesiastica secularive persona, hanc nostram constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire attentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco servantibus jura, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Signatur.
EGO PASCHALIS Catholicæ Ecclesie Episcopus.
 Datum apud Placentiam per manum Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii, XVII. Kal. Decembris, Indictione XIV. Incarnationis Domini MCVI. Pontificatus autem Domini Paschalis II. Papæ, VIII.

Et Paschalis PP. confirmatio bonorum ad eam Ecclesiam spectantium: & jurium Metropolitanorum.

Concessio Pallii, & assignatio dierum quibus illo uti debeat Archiep.

Paschalis PP. subscriptio.

Dat. die 16. Junii anno Domini 1106. Pontif. anno VII.

litano jure præteritis temporibus pertinuisse noscuntur, videlicet Venusinum, Gravinam, Tricaricum, Tarsum, Potentiam, ut tu tuisque legitimi successores potestatem habeatis, canonice & decretaliter in eis Episcopos ordinandi ac consecrandi: salva in omnibus sancte Romanæ Ecclesie auctoritate. Ad hæc statuentes decernimus, ut quæcumque oppida, villa, vel Ecclesie parochiales jure ab eadem Ecclesia Acheruntina possidentur, quæcumque bona in præsentiarum iuste ac canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus ac illibata permaneant: iis nimirum exceptis, que Sedis Apostolicæ privilegiis specialibus muniuntur. Pallium præterea fraternitati tuæ, plenitudinem videlicet Pontificalis officii, ex Apostolicæ Sedis liberalitate concedimus, quod te in Ecclesia tantum ad Missarum solemnias subscriptis diebus noviter induendum, id est Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Hyppantes, in tribus solemnitatibus B. Mariæ, Coenæ Domini, Sabbati sancti, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Nativitatis sancti Joannis Baptistæ, festivitatis Apostolorum omnium, Michaelis Archangeli, Commemorationis omnium Sanctorum, & eorum Martyrum vel Confessorum, qui in Acheruntina Ecclesia requiescunt, in consecratione Ecclesiarum Episcoporum Presbyterorum & Diaconorum, cujusmodi nimirum volumus te per omnia genium vindicare. Hujus siquidem indumenti honor, humilitas atque justitia est. Tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet, in prosperis humilem, & in adversis (si quando eveniunt) cum justitia erectum: amicum bonis, perveris contrarium: nullius unquam faciem contra veritatem respicias: nullius unquam faciem premas: misericordie operibus juxta virtutem justitiæ infestas, & tamen insistere etiam supra virtutem cupias: infirmis compatiris: benevolentibus congaudeas: aliena damna propria reputes: de alienis gaudiis tamquam de propriis exultes: in corrigendis vitiis pie severas: in fovendis virtutibus auditorum animas demulceas: in ira iudicium sine ira teneas: in tranquillitate autem severitatis iuste censuram non deseras. Hæc est, frater charissime, Pallii accepti dignitas, quam si sollicite servaveris, quod foris accepisse ostenderit, intus habebis. Fraternitatem tuam superna misericordia per tempora multa incolumem conservare dignetur. Amen. Amen.

EGO PASCHALIS Catholicæ Ecclesie Episcopus.
 Datum Albani per manum Johannis sancte Romanæ Ecclesie Diaconi Cardinalis, decimo sexto Kal. Julii, Indictione decimaquarta, Incarnationis Domini MCVI. Pontificatus autem Domini Paschalis II. Papæ, VII.

Eidistigbell. Ital. Sac. Te 10.

Exordium.

A quo fuerit constructum Monasterium hoc.

Cuius bona omnia, ac donationes confirmantur.

Abbas Frateribus eligendus.

Et a Summo Pontifice consecrandus.

Decretum immunitatis pro eodem Monasterio.

Et poena in eos, qui quidquam contra illud attentaverint.

PP. subscriptio.

Dat. die 17. Novembr. anno Domini 1106. Pontif. anno VIII.

Con